



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

111. An qui plura habet beneficia, teneatur in fine Officij tot
commemorationes facere, quot sunt beneficij? Et an teneatur ad
restitutionem pro rata fructuum respondentium singulis
commemorationibus ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76359](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76359)

Lezamus in *Summa* tom. 3. vel *Breviarium* n. 3. & 1. 3. c. 1. 8.

RESOL. CVII.

An alia Religiones possint per Communicationem gaudere privilegio concessio Patribus Franciscanis recitandi Officium Corporis Christi singulis Quinis Febris extra Quadragesimam & Advenum, non impenitenti Festo nomine Lectionem?

Item est dicendum de Festo Conceptionis & similibus. Ex p. 6. tr. 8. & Misc. Ref. 14.

Item queritur de Officio Conceptionis, & similibus: Hoc dubium pertractat Pater Bordonus in *Consiliis Regularium*, resolutione 30. *quæstio* 22. num. 26. & si standum esset eius sententia, ad illud affirmativè respondendum, sic enim aliter Officia concessa vni Religioni sunt in duplici differentia, alia sunt Beatorum illi Religioni, cui conceduntur propria, vt si concedatur Tertiaris in tota Religione officium Beati Pauli de Ambrosij Confessoris Sacerdotis professori eiusdem Ordinis, Patroni Caponæ Diocesis, Catauzani, vbi celebratur eius Officium, & huius generis Officia aliis Religionibus, quarum non fuit professor, non communicant. Alia verò communia, & nulli propria, vt Officium Sanctissimi nominis IESU, Gabrielis Archangeli, &c. & horum Officia vni Religioni concessa, aliis Religionibus volentibus vt intelliguntur communicata. Ita Bordonus. Sed tu cogita.

RESOL. CVIII.

An Prælati Religiosis aditis Breviario Romano, possint in publica recitatione ex causa iusta dispensare in Officio vnus diei, vni, vel altera vice?

Et quid circa hoc decreverit Sacra Cardinalium Congregatio: Ex p. 2. tr. 12. Ref. 36.

Respondet, quod si dicitur Prælati non potest mutare aliquid de dicto Breviario, absque licentia Papæ, nam id clarè præcipit Pius V. in Bulla præfixa dicto Breviario; vnde non potest præcipere, vt recitetur tale Officium, non contentum in tali Breviario, nec concessum ordini per aliquod privilegium. Potest tamen ex causa iusta dispensare vna, vel altera vice, vt aliquod Officium dicatur extra illud appositum in Breviario pro illa die. Et ita docet Portel in *dubio* regal. ver. *Horæ Canon.* num. 7. & Suarez de *Relig.* tom. 2. lib. 4. c. 11. n. 6. qui citat D. Anthonium Tabienam, Armillam, & Nauarrum, quibus addit Raphaelcm de la Torre in 2. 2. tom. 1. contr. 8. n. 6. Sed nouissimè mihi asserunt contrarium decreuisse Sacram Cardinalium Congregat. quod an sit verum, nescio.

RESOL. CIX.

Utrum Superior cum suis Religiosis possit dispensare circa obligationem recitandi Officium Diuinum?

Et quid saltem quoad Religiosos nondum in Sacris constitutos: Ex p. 2. tr. 12. Ref. 19.

Negatiuè respondet Raphaël de la Torre in 2. 2. tom. 1. contr. 7. disp. 7. num. 14. Suarez de *Relig.* tom. 2. lib. 4. cap. 12. n. 41. Reginald. tom. 2. lib. 18. Tom. 111.

cap. 12. num. 141. & 186. Filliucius tom. 2. tr. 23. cap. 5. n. 304. Macignus tract. de Horis Canonicis, cap. 12. n. 8. & videtur inclinare Tannerus in 2. 2. disp. 3. quæst. 1. dub. 5. num. 175.

2. Sed mihi contraria sententia semper probabilis, & tuta in praxi visa est: & illam docet Less. lib. 2. c. 37. dub. 9. n. 51. quem postea sequitur Gauantus in *comm. ad Rubr. Missal.* tom. 1. sect. 1. cap. 5. tit. 1. num. 67. Villalob. in *summ.* tom. 2. tract. 24. dub. 9. num. 12. vbi ita allert. Dicit Lessio, que le parece puede el Prelado dispensare con justa causa en el rezo con los profesos del Coro, que no estan ordenados de orden sacro, como pueden dispensar en los demas estauados de la Religion, aunque sean obligatorios, y da por justa causa los estuados, o negocios, lo qual me parece probable.

3. Itaque potest ex iusta causa Superior cum suis Religiosis dispensare circa recitationem Horarum. Nec valet dicere, quod nullus Superior in simili casu dispensat, nam etiam si hæc facultas non esset in vltimo, non ex hoc sequitur, quod si aliquis Superior velit illa vt non possit, quia facultas aliquid faciendi absque aliorum grauamine, non amittitur per non vltimum, vt notant communiter Doctores. Ergo, &c.

RESOL. CX.

An Beneficiarius non recitans primis sex mensibus teneatur iure naturali ad aliquam restitutionem?

Et an Beneficiarius omittens dicere Officium, si impotens sit ad restituendum fructus, sit obligatus ad restituendum in bonis spiritualibus: Ex p. 2. tr. 12. Refol. 25.

1. Affirmatiuè respondet Suarez de *Relig.* to. 2. lib. 4. c. 29. n. 12. Valent. tom. 4. disp. 6. q. 2. punct. 10. & alij apud Garfiam de *benef.* tom. 1. part. 3. c. 1. n. 10. Quia beneficiarius non recitans in primis sex mensibus, videtur peccare contra iustitiam commutativam; nam beneficium datur propter officium; ergo recipiendo mercedem & non laborando, teneatur ad aliquam restitutionem.

2. Sed licet hæc sententia sit probabilis, probabilior mihi videtur contraria, quam docent, Fernand. in *exam. Theol. mor.* part. 3. cap. 2. §. 8. num. 1. Filliucius tom. 2. tract. 13. c. 10. n. 3. 8. Lessius lib. 2. cap. 34. dub. 2. n. 170. Malderus in 2. 2. tract. 10. c. 2. dub. 4. Carolus Macigni de *Horis Canon.* cap. 28. n. 11. & alij penes ipsos. Vide etiam Homobonum in *exam. Eccl. pari.* 1. tr. 5. c. 4. q. 42. & Gauantum in *comm. ad Rubr. Missal.* tom. 2. sect. 1. c. 5. tit. 1. n. 5. Et ratio est, quia lex Ecclesiastica, quæ tota causa obligationis est, ad id non obligat. Ergo, &c.

3. Ad argumentum contrarium respondeo, beneficiarium non teneri ad persoluendas Horas Canonicas ex iustitia commutativa, sed ex obedientia, vel Religione; vnde si aliquis beneficiarius omittens dicere Officium, impotens sit ad restituendos fructus, non solet obligari ad restituendum in bonis spiritualibus, vt notant Filliucius *loca citato.* Ergo &c.

RESOL. CXI.

An qui plura habet beneficia, teneatur in fine Officij tot Commemorationes facere, quot sunt beneficia?

Et an teneatur ad restitutionem pro rata fructuum responderi

Sup. hoc quæstis cum priuilegiis lege supra doctrinam Refol. 18. & alterius vers. & §. eius annot. secundæ.

Sup. hoc supra in Ref. 5. late in §. sed respondo, & §. Denique, sed lege eam per totam & in aliis §. dicit Refol. & infra in Ref. 13. vide §. vlt.

respondentium singulis commemorationibus omis-
sis?

Et notatur, quod qui plura beneficia possidet, quorum unum sufficit ad decem sustentationem sine iusta causa, & dispensatione pluries in die eodem tenetur dicere Horas Canonicas. Ex part. 9. tract. 9. & Misc. 4. Resol. 10.

§. 1. **C**asus est nimis practicabilis; & ad illum ex Bonacina quatuor conclusionibus respondet Trullench in Decal. tom. 1. cap. 7. dub. 12. §. 3. n. 27. Prima est, Beneficiarius illis diebus, quibus commemorationes fiunt, tenetur facere commemorationem illius Sancti, in cuius honorem Beneficium erectum est, vel à quo Ecclesia illa particulare nomen accepit: hanc probat ex communi usu Beneficiarium, & Rubrica Breuiarij, ubi decernitur commemorationes Patroni vel Titularis fieri. Secunda conclusio: tot commemorationes faciendae, quot sunt Beneficia; quia par est omnium ratio: ita tamen quòd si Patronus sit S. Petrus, aut Paulus, aut Beatissima Virgo Maria, sufficit commemoratio consueta: si autem sint plures Apostoli, aut Martyres, sufficit, quòd vltima commemoratione complectatur Apostolos, vel Martyres. Tertia conclusio, omittens Patroni, vel Titularis commemorationem, regulariter loquendo solum peccat venialiter, quia paruitas materiae excusat à mortali. Dixi, regulariter loquendo, quia vt plurimum Beneficiarij tenentur vnam solum, aut alteram commemorationem facere. At si quis tot Beneficia possideat, vt illis respondeant plures commemorationes, quae simul sumptae, matutino, vel vespertino tempore grauem materiam constituunt, existimat Bonacina, Beneficiarium eas omittem peccare mortaliter; quia violat praeceptum Religionis, seu obedientiae in materia graui. Sicut, qui plura vota in materia parua eodem die omittit; de quo Sanchez lib. 1. oper. moral. cap. 5. n. 16. Quarta conclusio, omittens Patroni, vel Titularis commemorationem, quando solum peccat venialiter, non tenetur ad fructuum restitutionem; quia secundum communem Doctorum, ex omissione partis modicae, non confurgit obligatio restituendi: quando verò omittens peccat mortaliter, tunc existimat Bonacina, obligari ad restitutionem pro rata fructuum respondentium singulis commemorationibus omisiss; quia violat iustitiam in re graui, ex qua nascitur obligatio restituendi, sicut in eo qui solum leniter peccat, vt dictum est. Hae Trullench ex Bonacina.

2. Ego tamen puto probabiliter cum Escobar à Corto in tract. de Hor. Canon. q. 3. §. 5. n. 34. quod in tali casu Beneficiarius non tenetur saltem sub mortali, & sub obligatione restitutionis tot commemorationes in Officio facere, quot beneficia possidet, & sunt Sancti Patroni ipsorum Beneficiorum, nisi quatenus ex Rubricis Breuiarij ad id tenetur; immò & tunc poterit excusari propter materiae paruitatem, nisi ex numero Beneficiorum, & Patronorum grauis oriatur materia. Vide etiam Faustum de Hor. Canon. lib. 2. quaest. 19.

3. Notandum est etiam hic obiter Binsfeldium in Enchir. Theol. par. 4. c. 3. concl. o. docere, quòd qui plura Beneficia possidet, quorum vnum sufficit ad decem sustentationem, sine iusta causa, & dispensatione, pluries eodem die tenetur dicere horas Canonicas secundum Guillielm. Parisens. in tract. de collation. Beneficiorum, Dionys. Carth. de pluralitate Beneficior. arr. 8. Nauar. in Enchiridio de orat. c. 12. n. 61. in Miscellaneo 60. In eandem sententiam ite videtur Albert. Ferrariens. de Horis Canon. n. 34. dum ait. Vsum huius saeculi seruare, vt qui habet plura Beneficia, semel tantum horas dicat; se autem nescire, an

Sup. hoc in Resol. seq. §. Nota secundo, ad lin. 3. & in tom. 1. tr. 7. Ref. 64. §. 2. ad medium, à vers. Notandum est.

vsus futuri idem seruet: Quia vnumquodque Beneficium, sicut suum habet commodum, ita etiam onus, onus autem annexum Beneficio Ecclesiastico, est oratio Horarum Canonicarum iuxta omnium sententiam: qui ergo duo obtinet Beneficia iniuste, duo vt ferat onera necesse est iuxta illam regulam; commoda qui sentis, iungas onus emolumentis, ff. de regul. Iuris. Quemadmodum, ait Episcopus Parisiens. quot feuda vnusquisque tenet, tot debet inde seruitia. Sic quot Præbendas, vel Beneficia vnusquisque detinet, tot debet inde Ecclesiastica seruitia. Ex hac conclusione cum praedictis Auctoribus inferitur, cum qui inordinate plura Beneficia habet, & semel tantum in die horas recitat, ex duplici capite ad restitutionem fructuum obligatum esse; tum quia iniustum possidet Beneficium, tum quia non recitat horas pro multitudine Beneficiorum. Hucusque Binsfeldius. Sed merito ibi eius Additionator Franciscus Syllius hanc sententiam non admittit; & est contra communem.

RESOL. CXII.

An Beneficiarius adimpleat praeceptum persoluedi Horas Canonicas, si per alium recitet.

Et an excusetur Beneficiarius à restitutione, si Diuinum Officium ab alio ex sua intentione recitatum pro elemosina defunctis applicanda, seu applicata contribuat, ex eo quod hac restitutio possit fieri pro celebrandis Missis, in auditione Sacri Flagellationis, Indulgentiarum & Lubricorum iurationis, & his similibus, recitationi omisse aequivalentibus, &c.

Et notatur, quod qui beneficium obtinuit per simoniam, vel dum erat excommunicatus, suspensus à beneficio, vel irregularis, aut sine legitima causa, aut per aliam causam, ob quam collatio beneficij fuerit nulla, ad pensum Diuini Officij non tenetur, vel saltem non tenetur ad fructuum restitutionem.

Et an, qui plura beneficia, vel pensiones habet, tenetur

pluries in eodem die diuinum Officium recitare?

Et quid, si ratione voti, vel paenitentiae tenetur ad dicendas Horas Canonicas?

Et notatur, quod qui beneficium accepit cum onere soluendi alteri omnes fructus in pensionem, tenetur officium diuinum recitare.

Idem est dicendum de illo, qui distributiones non percipit, sed illas exspectat de futuro, &c.

Et docetur, quod si ablatio beneficij non est perpetua, sed pro aliquo tempore, etiamsi violenta, & iniusta, & sine spe recuperationis non sufficit ad excusandum ab obligatione recitandi Officium.

Idem est dicendum, si per malignitatem temporum beneficium aliquibus annis non redderet fructum. Ex part. 9. tract. 9. & Misc. 4. Resol. 22.

§. 1. **A**ffirmatiuam sententiam admittit Cypriane 3. lect. 7. ubi sic ait; Quæri potest; vtrum horas persoluere sit onus personale, cui per alium non possit satisfieri. Respondet Landolphus allegatus à Bartholomæo Fumo in sua Atmilla sup. non esse onus personale, videtur etiam Syluester verb. Hora, §. 6. aliqua ex parte assentiri. Quæ sententia communiori, & probabiliori reliquorum Doctorum contraria, etiamsi possit habere locum in illis qui pro pensio Horarum mercedem accipiunt, & ea de causa onus hoc illis impositum est, quales sunt omnes beneficiati, qui non sunt in factis; locum tamen hac quaestio habere non potest in illis, qui ex ratione status